90. 1474 giugno 6. Iohanna, uxor Pauli Antonelli de Fulgineo et sotietate abbacie* teneantur mictere ad visitandum limina S. Angeli de Monte Galgano pro anima ipsius testatricis et suorum mortuorum, sumptibus bonorum hereditatis dicte testatricis; item* ad visitandum ecclesiam S. Marie de Lurito* item ad visitandum ecclesiam S. Marie Angelorum de Asisio tot vicibus: quod ille qui iverit habeat unum florenum* item* ad visitandum ecclesiam S. Marie de plano Trevii* pro* viatico unum florenum.

ASF, Not. 115 Sebastiano di Benedetto Ranieri (1470-74), c. 55.

91. 1476 luglio 2. Thomas Petri Chole Vannis de Villa Vesie, comitatus Fulginei* item reliquit debere distribuere per infrascriptos suos fideicommissarios* continuato tempore semper salmas grani* pauperibus indigentibus euntibus ad S. Mariam de Loreto et ad indulgentiam S. Marie Angelorum et pauperibus transeuntibus tempore Nativitatis D. N. Y. Christi per territorium et districtum ville Vescie ac etiam per civitatem Fulginei.

ASF, Not. 36, Andrea di Feliciano di Buono (1476-1477), n. c.

92. 1476 agosto 24. Marina uxor ol. Francisci Malacarne de Fulgineo et sot. spate* item reliquit dictis Sebbastiano et Macthie (*eius nepotibus*) unum petium terre* condictione quod dicti legatarii teneantur et debeant ire seu mictere semel ad S. Mariam de Laureto pro anima ipsius testatricis; item reliquit iter S. Angeli fieri pro anima ipsius testatricis per Petrum Angeli Vigiatori de villa Filecti, comitatus Fulginei, pro quo itinere reliquit eidem Petro unum petium terre trium stariorum.

ASF, Not. 92 Niccolò di Piernicolò (1459-96), c. 61.

93. 1477 luglio 25. Bartolomeus alias Malatesta Nicolai Iohannis Andrutii de Colle de Caputaqua* item reliquit visitari limina beate Marie de Laureto et beate Marie Angelorum de Asisio; item visitari dicta limina beate Marie de Laureto et in dicta offerri unam imaginem cere ad similitudinem testatoris; et similiter visitari limina S. Nicolai de

Tollentino et ibidem offerri unam imaginem similem; item visitari limina S. Marie de Macerata et offerri ibidem unum caput cere.

ASF, Not. 85, Giacomo di Luca (1464-77), c. 163v.

94. 1477 novembre 6. Antonellus Dominici Petroni de castro Rocchete* item reliquid et voluit quod infrascripti eius heredes teneantur mictere ad ecclesiam S. Marie de Laureto pro satisfactione voti ipsius testatoris.

Cascia, Not. 8, Domenico Marini Graziani (1476-1504), f. 128.

95. 1478 aprile 10. Andreuctius Andree Vallis de castro S. Iorgii, comitatus Cassie* quod infrascripti sui heredes debeant ire seu mictere ad ecclesiam S. Marie de Laureto pro satisfactione voti facti per ipsum testatorem, de eundo ad dictam ecclesiam ad pedem nudum et ille qui ibit ad dictam ecclesiam ad nudum pedem, ut supra, habeat de supradictis .XXV. libris anconetanos quindecim.

Cascia, Not. 8, Domenico Marini Graziani (1476-1504), f. 131v. Le stesse disposizioni vengono ripetute nel testamento dal medesimo dettato l'11 dicembre dello stesso anno, *ivi*, c. 147.

96. 1478 luglio 24. D. Iohanna uxor olim Andree de Raneriis de Fulgineo* teneatur dictus Iohannes (*eius generus*) et obligatus sit ducere ad ecclesiam S. Marie del Loreto Piermarinum eius nepotem* sumptibus ipsius Iohannis, tam in eundo quam in redeundo et pro anima testatricis; et hoc vigore vutitionis per ipsam testatricem facti

ASF, Not. 97, Simone di Pietro Paolo (1472-1499), n.c.

97. 1480 dicembre 7. Rinaldus Cioli Lilli de Armalupo (*Foligno*) item reliquit quod infr. eius heredes teneantur mictere Racanetum, ad visitandum ecclesiam S. Marie de Laureto et similiter ecclesiam S. Marie de Macerata vulgariter nuncupate que est extra moenia civitatis Macereti et pro dicto viatico exponi fl. unum similem et poni in dictis ecclesiis bol. duos pro qualibet ecclesia predicta pro anima sua et mortuorum suorum; item dixit ipse testator se aliter vovisse facere pingi unam ymaginem beate Marie virginis que adhuc asseruit non fecisse: nolens suam conscientiam exonerare iussit et mandavit quod infr. eius heredes teneantur facere pingi unam ymaginem beate Marie virginis in ecclesia S. Iacobi de Armalupo predicta, pro qua voluit expendi bol. viginti quatuor de argento* item reliquit et mandavit quod infr. sui heredes

teneantur mictere Romam ad visitandum limina beatorum Petri et Pauli ac Sancti Iohannis et S. Sebastiani de Catacumba de Urbe et celebrari facere in altare dicte ecclesie S. Sebastiani unam missam pro eius anima pro quo viatico voluit expendi et solvi fl. duos similes. Et quod dicti infr. sui heredes teneantur mictere ad ecclesiam S. Berardini de Aquila pro anima ipsius testatoris.

Il testamento viene rinnovato il 12 maggio 1485 e i pellegrinaggi sostitutivi vengono così modificati: item reliquit et iussit fieri per infr. suos heredes itinera S. Marie de Laureto et S. Marie de Macerata infra tres annos a die obitus testatoris computandos, et poni bononeno duos de argento pro qualibet dictarum ecclesiarum pro eius anima; item reliquit itinera eccl. beatorum Petri et Pauli principum apostolorum ac S. Iohannis de Urbe et S. Sebastiani de cathacumba et in altare dicte ecclesie S. Sebastiani celebrari unam missam et voluit expendi pro dictis viaticis fl. duos ad dictam rationem. Et hoc infra tres annos, computandos ut supra* item reliquit iter ecclesie S. Bernardini de Aquila et pro dicta anima ipsius testatoris et mortuorum eius.

ASF, Not. 17, Taddeo Angelilli (1474-87), n. 95.

98. 1481 aprile 9. Antonius filius qn. Iacobi Vitalis de Pustignano (*Sellano*) item reliquit animabus patris et matris et Antonie sue sororis et aliorum suorum mortuorum, ut decet, fieri iter Rome. Item pro anima sua et patris sui fieri, ut decet, iter Sancti Iacobi et Sancti Antonii de Vienna, videlicet una vice ad Sanctum Iacobum et una vice ad Sanctum Antonium. Item reliquit, pro anima sua et patris et matris et aliorum suorum mortuorum, fieri iter Sancte Marie de Cerqua, Annunziata de Florentia et Sancte Marie de Loreto et Sancti Angeli de Apulea et Sancti Berardini de Aquila.

ACT, Fondo Sellano 25, Marco Martini Duranti (1475-81), f. 100v.

99. 1481 maggio 5. Angelus Nannis Anthonii Bone de castro Pertane, comitatus Nucerii* Item reliquit quod infrascripti sui heredes teneantur et debeant ire ad S. Mariam de Laureto ex voto, apud quam iuxit poni et presentati et relapsari in altare dicte ecclesie unam ymaginem cere de eo pretio et valore quod videbitur et placebit infrascriptis suis heredibus* Item reliquit ecclesie S. Marie gratiarum, poxite in comitatu Fulginei et districtu castri Rasilie, bol. quatuor pro auxilio dicte ecclesie.

Nocera. ANU, Not. A/I/21, fondo Notarile, Pietro Antonio di Rinaldo Giorgi (1431-1483), c. 16.

100. 1481 giugno 2. D. Margarita uxor qn. Marini Ceccharelli de Ful-

gineo et sotietate spate* item reliquit mandari debere pro anima ipsius testatricis ad visitandum ecclesiam S. Marie del Loreto quinque personas
 ASF, Not. 97, Simone di Pietro Paolo (1472-1499), n. c.

101. 1481 dicembre 4. Puccipta uxor ol. Marini Petri Ciopti de Fulgineo* Item reliquit pro uno itinere fiendo ad Sanctam Mariam de Loreto; item pro uno itinere fiendo ad S. Mariam Angelorum; item pro uno itinere fiendo ad ecclesiam S. Marie delle Gratie, sitam in pertinentiis castri Rasilie comitatus Fulginei, id tantum quod est de more et consuetudine.

ASF, Not. 36 Antonio di Feliciano di Buono (1481-83).

102. 1484 agosto 27. Lucia uxor Iacobi Vagnoli alias de Boldrino de Fulgineo et sotietate spavagliorum* item reliquit quod infr. eius filius et heres universalis teneatur et debeat ire, seu mictere ad Urbem Romam ad visitandum limina sive ecclesias beatorum Petri et Pauli apostolorum ac S. Iohannis Lateranensis, S. Marie Maioris, S. Marie Aree celis et S. Laurentii intra vineas pro anima sua et mortuorum eius; item reliquit quod dictus infr. eius filius et heres universalis teneatur et debeat ire seu mictere ad eccl. S. Marie de Laureto, pro anima sua et mortuorum eius.

ASF, Not. 17, Taddeo Angelilli (1474-87).

103. 1484 ottobre 15. Leonardus Antonii Nardi Petri Jannunctii de Camplo* terrarum Maioris Ecclesie Aprutine* item voluit et mandavit dictus testator quod semel mittatur Romam pro anima dicti qn. Antonii, eius patris et semel pro anima qn. domine Ciccarelle, eius patridem, ad visitandum limina beatorum Petri e Pauli; et similiter semel pro anima dicti qn. sui patris et semel pro anima dicte qn. Ciccarelle ad ecclesiam S. Marie de Assisio; et semel tantum voluit mitti ad Sanctam Mariam de Laureto pro anima eiusdem qn. Antonii sui patris

L. Zanotti, *Regesti celestini (riproduzione anastatica). Digestum scripturarum coelestinae congregationis*, IV/II, L'Aquila 1996, 1996, p. 596.

104. 1484 novembre 4. Marcus Pacis de villa Gravignani, comitatus Fulginei* item reliquit quod infrascripti sui heredes teneantur ire ad visitandum ecclesiam S. Marie de Laureto, duabus vicibus pro quolibet in remissione suorum peccatorum* teneantur ire S. Marie de Angelis duabus vicibus pro quolibet* teneantur ire seu destinare ad visitandas

ecclesias S. Petri et S. Pauli de Roma, pro remissione(m) suorum peccatorum, una vice.

ASF, Not. 25.8 (ol. 89), Giacomo di Paolo da Capodacqua (1481-87), c. 154.

105. 1485 agosto 17. Marina uxor ol. Marinangeli Rensoli (S. *Eraclio di Foligno*) item reliquit iter S. Angeli de Monte Galgano de Apulia et iter S. Petri de Urbe et iter S. Marie de Laureto, pro anima ipsius testatrix et mortuorum suorum.

ASF, Not. 17, Taddeo Angelilli (1474-87).

106. 1486, febbraio 8. Petrus Iohannis Marini, olim de Fulignano de Asculo* item reliquit, iure legati, ecclesie S. Marie Angelorum ducatus duos. Item reliquit iure legati ecclesie S. Marie de Loreto ducatus duos. Item reliquit iure legati eccl. S. Marie nove, in qua requiescit corpus beati Iacobi de Asculo, ducatus duos. Item reliquit iure legati ecclesie S. Marie de Gratiis de Monte Brandono ducatus duos. Item reliquit iure legati ecclesie S. Marie de Annuntiata ducatus duos in opera ipsius ecclesie* Item reliquit iure legati pro missis S. Gregorii dicendis in ecclesia S. Angeli Magni per fratres ipsius ecclesie ducatum unum

ASA, Not. 104 Antonius Iacobicti Vannis (1484-1486), f. 87v.

107. 1486 maggio 9. Donpnus Saputus Thome Puccioe sacerdos de Fulgineo* reliquit* quod debeat vendere unam catenam argenteam* et* mictere ad visitandum* ecclesiam S. Marie delLoreto et in dicta ecclesia S. Marie delLoreto dimittere et relassare pro anima sua et remissione suorum peccatorum unam torciam sive dopperium valoris et communis extimationis ducati unius auri.

ASF, Not. 97 Simone di Pietro Paolo (1472-99), c. 125.

108. 1486 luglio 13. Benedictus Nicolai de Villa collis, scindicatus castri Capudaque (*Foligno*) Item reliquit celebrari, pro anima sua, octo misse apud eccl. S. Marie de Loreto; item missas duodecim in ecclesia B. M. de Angelis de Assisio, pro anima Celestini Catharini de dicto loco, alias Cestone.

ASFo, Not. 112, Mario di Giacomo (1483-87), c. 274v.

109. 1486 luglio 17. Nobilis vir Nicolaus d. Petri Pauli Francischini de Turri de Asculo* reliquit corpus suum seppelliri apud ecclesiam S. Dominici de Asculo, apud quam suam elegit seppulturam, sitam ante

cappellam factam per ipsum testatorem in dicta ecclesia* Item reliquit, iure legati, pro missis sancti Gregorii pape, dicendis in dicta ecclesia S. Dominici pro anima ipsius testatoris, ducatum unum. Item reliquit, iure legati, pro missis gratie, in dicta ecclesia pro anima ipsius testatoris, <dicendis> per fratres ipsius ecclesie ducatum unum. Item reliquit, iure legati, pro missis Spiritus Sancti dicendis per fratres dicte ecclesie sancti Dominici pro anima ipsius testatoris ducatum unum* Item reliquit, iussit, voluit et mandavit quod infrascripti eius fideicommissarii teneantur mictere ducatos duos monete ad Sanctam Mariam Angelorum bis infra duos annos, videlicet ducatum unum quolibet anno, incipiendo in principio anni post mortem ipsius testatoris. Item reliquit, iussit, voluit et mandavit quod fideicommissarii predicti teneantur mictere ducatos duos monete ad ecclesiam S. Marie de Loreto, dispensandos per dictos fideicommissarios, videlicet ducatum unum in opera ipsius ecclesie et ducatum unum pro elimosina danda altare ipsius ecclesie, pro anima ipsius testatoris* Item reliquit iure legati ecclesie <S.> Marie de Annuntiata de Asculo ducatos quinquaginta in opera ipsius ecclesie <pro anima> d. Dine sue uxoris et d. Ciccharella* Item reliquit iure legati ecclesie S. Francisci de Asculo ducatos quinquaginta in opera ipsius ecclesie.

ASA, Not. 104 Antonius Iacobicti Vannis (1484-1486), c. 106.

II. 1486 luglio 25. Dominicus Miliani (*Acqua S. Stefano di Foligno*) timens periculum mortis propter contagionem pestis nunc ingentem in civitate et comitatu Fulginie et propter conversationem habitam cum Francesca eius uxorem morbo epidemie egrotante* item reliquit iter S. Marie de Laureto et iter S. Marie de Quercu pro anima sua et remissione suorum peccatorum.

ASF, Not. 17 Taddeo Angelilli (1474-87), n. 95.

III. 1486 agosto 8. Liberator Petri, alias cesta de Fulgineo et sotietate fildingorum* item reliquit iter S. Marie de Laureto et quod ponatur in altari maioris ipsius unam libram cere pro anima ipsius testatoris; item reliquit iter S. Angeli de Monte Galgano in Apulea fiendum pro anima ipsius testatoris* item reliquit poni et quod ponatur in altari maiori ecclesie S. Petri de Urbe unum ducatum auri pro anima dicte Stefanie* item quod infr. suus heres universalis teneatur ire omni anno quando poterit ad S. Mariam Angelorum semel in anno pro anima ipsius testatoris.

ASF, Not. 97 Simone di Pietro Paolo (1472-99), c. 138. Detta un altro testamento il 22 novembre successivo; ai precedenti pellegrinaggi sostitutivi viene aggiunto

Loreto. A margine di questo testamento è annotata, senza data, la soddisfazione dei seguenti pellegrinaggi votivi: “infrascriptus Perus, heres testamentarius fecit mihi (*Nicolao notario*) finem [...] qualiter satisfacit iter S. Angeli pro Diotalleo Contente, prout ego vidi et legi fidem et licteras testimoniales solitas fieri consuetas in similibus relictis; et similiter fecit fidem per licteras satisfacisse relictum de uno ducato factum altari maiori S. Petri de Urbe et similiter satisfacisse personaliter iter S. Marie de Laureto et posuisse ibi libram unam cere; et similiter satisfacisse sorori Iuliane fl. unum sibi relictum in testamento”, *ivi*. c. 139.

112. 1486 settembre 12. Cambius Nantii de villa Apagni comit. castri Rocche Albricorum, districtus Spoleti* item reliquit quod mictatur quidam ad S. Mariam de Angelis de Asisio et in ipsa eccl. dicantur treddecim missas pro anima ipsius testatoris pro quodam voto per eum facto. Item reliquit quod mictatur ad S. Mariam de gratiis de Rasiglia et ibi ponantur infrascripta, videlicet: unum pectus, unum par brachiorum et unum caput cere pro devotione et voto per ipsum testatorem [...] Item micti ad Annuntiatam de Florentia quidam qui vadat viginti miliaria nudis pedibus. Item reliquit iter et annitum ad S. Mariam de Loreto una cum Petrutia eius matre et in ecclesia ponantur candelorum bol. 4.

ACT, Not. Evangelista di Domenico da Sellano (1455-90).

113. 1486 novembre 22. Liberator Petri de Fulgineo* item reliquit depigni in dicta eccl. S. Margarite (*de Fulgineo*) ymago S. Marie de Laureto pro adimpletione voti emanati in hunc modum per ipsum testatorem* Item reliquit iter S. Angeli de Montegalgano in Apulea, pro anima sua* Item reliquit quod infrascriptus suus heres universalis teneatur ire omni anno, quando poterit, ad Sanctam Mariam Angelorum de Assisio, semel in anno pro anima ipsius testatoris.

ASF, Not. 92, Niccolò di Pietro (1481-96), c. 139.

114. 1487 gennaio 14. Sancte Angeli Ugolini de Fulgineo et sotietate spavaglorum* item reliquit fieri viaticum et visitari pro anima ipsius testatoris beatam Mariam de Loreto et ibidem offerri et dimitti unum duplerium cere altitudinis ipsius testatoris.

ASF, Not. 112 Mario di Giacomo (1480-82), c. 300v.

115. 1487 gennaio 25. Iohanna uxor ol. Marini Nicole (*Scandolaro di Foligno*) item iussit, voluit et mandavit quod Liberata, eius nepos, teneatur et debeat accedere ad ecclesiam S. Marie de Angelis et de Laureto pro anima ipsius testatricis, cui Liberata dicta testatrix, iure perlegati,

eius capsam reliquit; et similiter infr. Nicolaus (*eius nepos*) accedat ad dictam ecclesiam S. Marie de Laureto et ecclesiam S. Marie de Angelis pro anima ipsius testatricis.

ASE, Not. 17, Taddeo Angelilli (1474-87), f. 109.

116. 1487 marzo 28. Stefanus Pauli Finutii de villa Montis Alve (*Sellano*) item reliquit pro anima sua, ut decet fieri, iter Rome et S. Angeli maioris* item* fieri iter S. Marie de Loreto et S. Marie de Angelis; item* iri ad ecclesiam S. Marie de Lacrimis de terra Trevii et pro anima sua ponatur medium florenum.

ACT, Not. , Marco Martini Durantis (1486-88), c. 9.

117. 1487 marzo 28, Thomas Iohannis, alias del Maffo de villa Vallope Vissi districtus per Ihesu Christi gratiam sanus mentis et corporis et conscientie pure, cum esset profecturus ad ecclesiam sancti Iacobi de Galitia, timens periculum future mortis cuius hora omnibus est incerta, nolens decedere intestatus ne de eius bonis post eius mortem aliqua lix seu discordia valeat exoriri hoc presens suum nuncupativum testamentum * fecit* Item reliquit in operibus s. Iohannis de Vallopa fl. unum de quo debeant readactare figuras que sunt picte ad altare majus dicte ecclesie* item reliquit et iussit dare eccl. S. Marie de Laureto unum dupplerium cere valoris unius fl. per Antonium eius nepotem et etiam ipse Antonius et Benedictus Dominici infrascriptus tutor debeat ducere Franciscam eius filiam ad beatam ecclesiam S. Marie de Laureto et secum, vel per alterum ipsorum portare debeant et ibidem relaxare unum dupplerium valoris decem bol., quia sic ipse Thomas vovit tempore pestilentie et morbi et quod debeant induere dictam Franciscam unius tunice panni bisci et ipsa induta ducant ad dictam ecclesiam et debeat dictam tunicam portare dicta Francesca eius filia per unum annum continuum* Actum Vissi* Presentibus fr. Luca Nicole Pauli.

Camerino, Fondo Visso, Not. 23 Angelus ser Iuliani (1473-94), c. 13.

118. 1487 marzo 28. Stephanus filius q. Pauli Finutii de villa Montis Alve, dist. Castri Sellani* Item pro anima sua ut decet fieri iter Rome et Sancti Angeli maioris fienda in terminum quattuor annorum. Item reliquit pro anima suas, ut decet, fieri iter S. Marie de Loreto et S. Marie de Angelis. Item reliquit pro anima sua iri ad eccl. S. Marie de Lacrimis de terra Trevii et quod pro anima sua ponatur medium fl.

ACT, Fondo Sellano 29, Marco Martini Duranti (1486-89), 9

119. 1487 aprile 10. Antonellus Dominici de Mevania* item reliquit et fieri mandavit per infrascriptos suos heredes quod mictatur ecclesie S. Marie de Laureto pro eius votu unam imaginem de cera valoris .XXIII. bol. et in dicta ecclesia deponatur.

ACB, Not. Crescimbene Percivalle (1485-87), c. 78v.

120. 1487 aprile 27. Menicus Ungari (*Bevagna*) reliquit quod mictantur Romam per infrascriptum eius heredem duos romerios pro eius anima ad visitandum limina sanctorum Petri et Pauli et aliarum ecclesiarum; item reliquit quod mictantur per infr. eius heredem pro eius anima duos alios romerios ecclesie S. Marie de Laureto tempore indulgentie.

ACB, Not. Crescimbene Percivalle (1485-87), c. 83.

121. 1487 luglio 3. Contessa Iacopi Mariani de Fulgineo et sotietate more* quod teneatur ire quatuor vicibus ad S. Mariam Laureti cum uno canapo sive capistro ad gulam vice qualibet et quod prima vice solum et dumtaxat immictere et ponere in cassam dicte ecclesie pro dicta ecclesia ducatum unum auri.

ASF, Not. 92, Nicolò di Pietro (1455-98), c. 142.

122. 1487 agosto 29. Ser Bucciarellus Buctii Cicchi de Colle Curioso, comitatus terre Cassie* Item reliquit ecclesie S. Marie de Trebio fl. quinque pro una cancellata fienda ante imaginem gloriose Viriginis Marie. Item reliquit quod infr. sui heredes debeant et teneantur ire, seu mictere ad ecclesiam S. Iacobi de Galitia et ad eccl. S. Marie de Quercu, ad ecclesiam S. Marie de Pede Trevii, ad ecclesiam S. Marie Angelorum et ad ecclesiam S. Marie de Laureto, quibus ecclesiis, excepta ecclesia S. Iacobi de Galitia, debeant offerre unum cereum valoris unius fl. pro qualibet ecclesia; et hoc pro satisfactione votorum factorum per ipsum testatorem.

Cascia, Not 13, Anonimo, fasc. 1486-1500), f. 129.

123. 1488 gennaio 19. Iacopus Ufredutii de villa Tregii (*Foligno*) item reliquit fl. unum* per infr. suos heredes ad visitandum limina apostolorum Petri et Pauli de Urbe pro anima ipsius testatoris; item unum aliud fl. similem pro visitando eccl. S. Marie de Loreto; item reliquit et voluit quod Lucidus eius filius et heres, ut supra, teneatur visitare et seu visi-

tari facere decies ecclesiam S. Marie de Angelis de Asisio, pro anima ipsius testatoris.

ASF, Not. 112 Mario Prodi (1488-91), c. 16v.

124. 1488 aprile 29. Luca Carolis alias lo signore de Foligno et sotietate campi* item dictus Petrus testator se aliter fecisse votum eundi ad visitandum Sanctam Mariam de Lureto et ecclesias Sanctorum Petri et Pauli de Urbe et nunquam satisfacisse voto huiusmodi; volens propterea suam conscientiam exonerare ideo reliquit et iussit micti ad dictas ecclesias, pro anima sua et pro satisfactione dicti voti seu votorum* et reliquit duos florenos cum dimidio* pro huiusmodi itineribus expendi et erogari pro remissione suorum peccatorum.

ASF, Not. 17 Taddeo Angelilli (1487-92).

125. 1488 dicembre 8. Angelina Antonii et uxor Venantii Andree de villa Masse sindicatus castri S. Iohannis de Fluminata, comitatus civitatis Camerini* item reliquit et iussit quod fieri pignere figuram gloriose virginis Marie delLoreta in ecclesia S. Sebastiani de dicta Fiuminata et ibi ad dictam figuram ponere debeant unum tobaleolum; item reliquit quod dictus Venantius eius vir, vel unus de filiis ipsius testatricis, ire debeat scalzis pedibus ipsius ad ecclesiam S. Amici, sitam in districtu Montis Miloni et ducere debeat ibi Marioctum, filium ipsius testatricis et ibi ponere et dimittere unam tobaleam ad figuram s. Amici ad eius honorem; item reliquit quod dictus Venantius, eius vir vel aliquis suorum filiorum, ire debeat ad ecchlesiam gloriose virginis Marie delLoreta pro ipsa testatrice.

ASC, Not., Bartolomeo di Nicola (144-26), c. 131.

126. 1489 novembre 3. Alfonsus Nantii de villa Apagni com. Castri Rocche Albricorum, districtus Spoleti* item reliquit, pro anima, quod fiat quedam pictura seu magestà in qua depingatur figura beate Marie virginis valoris decem ducatorum auri, casu quo in vita ipsius testatoris fieri non fuerit* Item reliquit pro anima sua quod infrascripti sui heredes vadant vel mictant Romam ad visitandum ecclesiam S. Iohannis de Laterano, sanctorum Petri et Pauli et S. Marie maioris et aliorum sanctorum ut moris est. Item reliquit pro anima sua quod infrascripti sui heredes vadant vel mictant ad S. Mariam de Loreto semel tantum

ACT, Fondo Sellano 31, Evangelista Dominici Durantis (1455-1490), 108v.

127. 1490 novembre 12. Antonellus Andree de villa Masse (*Fiuminata*) comitatus Camerini* quod unum suorum filiorum* debeat ire ad ecclesiam S. Marie de Loreta et ibi offerre debeat unam faculam de valore duorum bol. pro vuto facto per Andream matrem ipsorum.

ASC, fondo Fiuminata, Vici Arcangelo (1436-97), c. 123.

128. 1491 agosto 5. Iacopus Antonii (*barbitonsore*) alias dicto Frascarello de Fulgineo et societate fildingorum* item reliquit fieri iter ad S. Angelum de Monte Galgano in Apulia, pro anima sua; item reliquit iter S. Marie de Laureto in Marchia anconitana* item reliquit fieri iter ad S. Iacobum apostolum de Compustella pro anima sua* item dixit ipse testator se obligari ex voto visitare corpus b. Berardini in civitate Aquile et ecclesiam beate Marie de Laureto Marchie anconitane: que itinera ex voto reliquit fieri et adimpleri per infr. suum heredem universalem.

ASF, Not. 92 Niccolò di Pietro (1459-96), c. 164.

129. 1492 agosto 4. Christofarus, alias peccio Cagni de Villa Casalis, comitatus Fulginei* Item reliquit unum iter ecclesie S. Marie de Lorigo, pro anima Bartoli eius fratris carnalis premortui, et remissione suorum pecchatorum; et ibi serviat et servire debeat per unum mensem pro amore Dei, pro anima dicti Bartoli: si infrascripti eius heredes et Liberator et Honofrius, alias sanitto, fratres carnales dicti testatores videbitur et placebit servire unum ipsorum in dicta ecclesia, per dictum unum mensem, ut supra, bene est; sin autem, componatur cum procuratore seu factore et negotiorum gestore prefate ecclesie S. Marie et illud quod compositum fuit, ut supra, solvere et satisfacere dictis procuratoribus, ut supra, causa non serviendi dicto tempore pro uno mense; et ad predicta infrascripti sui heredes et dicti eorum fratres teneantur et debeant predicta inviolabiliter observari et observari facere.

ASF, Not. 140, Giovanni Antonio di Giovanni Antonio (1492), n.c.

130. 1492 agosto 11. Domina Pollidora uxor ser Petri Cole Constantini, filia olim d. Boncompagni de Boncompagnis de Visso* item reliquit quod mandatur ad ecclesiam S. Marie de Laureto et ibi offerre unum cereum ponderis duarum librarum. Item reliquit quod mandatur ad ecclesiam S. Marie de Angelis et ibi offeratur unum cereum ponderis duarum librarum* item * voluit depingi deberi figuram S. Blaxii et figuram fr. Iacobi de Marchia apud cappellam s. Blaxii in ecclesia S.

Francisci (*de Visso*)* item reliquit ecclesie S. Marie de Trevio, noviter edificata, unam filzam cocagliorum ac etiam unum florenum monete et duos cireos ponderis duarum librarum,

Visso, Not. 48, Battista ser Gregorii (1489-1500), c. 30.

131. 1494 giugno 18. Franciscus Gentilis Cole Rapaloni (*Castelsantangelo di Visso*) Item reliquit quod cum ipse testator debeat voto ire ad ecclesiam S. Marie de Laureto et ibidem dare offerre et relinquere bon. quatráginta argenti, infrascripti sui fideicommissarii faciant fieri dictum votum, videlicet quod mictant unum hominem ad dictam ecclesiam, cum dictis bononenis quatráginta, quos ibidem relinquat et offerat, de bonis ipsius testatoris.

Visso, Notarile 16, Bartolomeo Petrantoni ser Petri (1491-1496), c. 100.

132. 1496 settembre 1. Bartolomeus Bartilli sive Bartolilli, alias dicto Cartoccio de villa Filecti (*Foligno*) item reliquit quod infr. sui heredes universales teneantur et obligati sint et quilibet eorum teneatur, in proximo futuro iubileo anno Domini millesimo quingentesimo, ire semel Romam pro quolibet ipsorum ad visitandum ecclesiam sive ecclesias consueta ordinarias* item dixit se vovisse Deo et beate Marie de Laureto quod si Angelus, eius filius, liberaretur a certa infirmitate quam tunc ipse Angelus patiebatur quod ipse Angelus deberet servire dicte ecclesie beate Marie de Laureto per unum annum et quod etiam post ipse testator, recepta gratia, fecit compositionem cum presidentibus dicte ecclesie de dicto servitio unius anni, pro octo florenis, qui nunquam fuerint soluti, ideo ipse testator reliquit, pro exoneratione conscientie sue, quod dictus Angelus teneatur solvere dictos octo fl. dicte ecclesie.

ASF, Not. 92 Niccolò di Pietro (1459-96), c. 193.

133. 1501 febbraio 24. Bartolomeus Nicolai Bartilli, alias colo de villa Burronum, comitatus Fulginei* Item, reliquit iter S. Angeli de Apulea et iter S. Marie de Laureto, pro eius peccatorum remissione. Item reliquit depingi ymaginem beate Marie de Laureto cum figuris angelorum in prima maiestate ville Burronum, sita iuxta stratam publicam* dixit alias depingi vovisse et proposuisse.

ASF, Not. 16 Taddeo Agelilli (1500-1504), n.c.

134. 1505 ottobre 13. Marcus Mathioli Martini Puccioli della villa Maceratule, comitatus Fulginei et nunc habitator in societate Cippi-

schorum* item reliquit fieri, construi et fabricari, in angulo domus habitationis ipsius testatoris, unam magestatem, videlicet unam cappellam muratam cohoptam lignaminibus et cuppis et ibidem depingi duas figuras sive ymagine, videlicet unam beate Marie de Laureto et alteram sancti Amici et item et taliter fieri et construi quod possit ibidem missam commode et apte celebrati et pro dicta fabrica et pictura expendi iussit fl. triginta.

Ivi, Not. 17, Taddeo Angelilli (1500-1511), n.c.

135. 1510 maggio 21. Christoforus Baptiste Nicolai, alias pantaldo de Fulgineo et sotietate puellarum* Item reliquit quod erigatur et construatur, in ecclesia S. Jacobi de Fulgineo, iuxta et prope tumulum ipsius testatoris, unum altare sub vocabulo sive titulo beate Marie de Laureto et in muro supra dicto altari depingi ymago prefate beate Virginis, sumptibus hereditatis ipsius testatoris.

Ivi. Taddeo Angelilli (1509-1511), n.c. Cinque giorni dopo il testatore rinnova la disposizione a favore della cappella e la dota.

136. 1513 settembre 14. Hon. vir d. Pierangelus Filippi presbiter de Fulgineo et sotietate spate* Item reliquit fieri iter Sancte Marie de Laureto et iter S. Jacobi de Compostella pro anima dicti testatoris et defunctorum eius et heres universalis infrascripti teneatur et obligata sit erigere et erigi facere, in ecclesia S. Feliciani de Fulgineo, unum altare sub vocabulo beate Marie de Laureto, prope et iuxta seppulcrum ipsius testatoris et iuxta murum, prope cappellas, sub vocabolis beate Catharine et beate Lucie, nunc demolitas et successive ad nicchias restauratas et repertas, pro anima ipsius testatoris ac parentum defunctorum eius; quod altare erigendum et construendum reliquit et voluit esse et quod sit de iurepatronatus laicorum prenominate Lisabelle, sue heredis universalis et heredum et successorum eiusdem Lisabelle in perpetuum. Que Lisabella* debeat* presentare coram rev. d. episcopo Fulginei, vel eius vicario, unum idoneum rectorem sive cappellanum ad dictum altare tenendum* quod teneatur quolibet ebdomanda, in perpetuum, celebrare duas missas, videlicet unam in die lune, alteram in die veneris, pro anima ipsius testatoris.

Ivi, Not. 17, Taddeo Angelilli (1512-1520), n.c.

137. 1514 gennaio 2. Girolamus Benedicti alias Girella de villa Treggii (*Foligno*) item reliquit fieri iter S. Marie de Laureto et ibidem ad dictam

ecclesiam deserviri per unum mensem, aut salarium pro uno mense ibidem serviendo dicte ecclesie solvi, et hoc pro exoneratione sue conscientie et satisfactione voti dudum facti per ipsum testatorem ad dictam ecclesiam, ut asseruit, dum rediit ad civitatem.

ASF, Not. 17 Taddeo Angelilli (1512-1520).

138. 1517 aprile 6. Laurentius Trapassi de Fulgineo* imaginem beate Marie virginis depingi pro voto. Iter sancte Marie de Laureto pro voto, cum tribus personis et ibidem dimittant unum cor de argento valoris unius fl. Item visitari dictam ecclesiam Sancte Marie de Laureto per duas personas pro alio voto.

Foligno, Biblioteca Comunale, Ms. F 118, *Legati pii XV-XVI secolo*, c. 260.

139. 1524. Nicolaus Langeli Nocchi de villa Marchisellorum et civis Fulginas* pro pro itinere S. Marie de Laureto unum fl.; pro itinere S. Marie de Quecu unum fl.,

Ivi, p. 249.

140. 1527. Petrus Lucas Dominici de Fulgineo et sot. franciscorum* iter S. Marie de Laureto pro anima ipsius et d. Piere Baptiste et ibi dari unam imaginem manus de argento, ex voto quam dictus testator asseruit habere in capsula.

Ivi, c. 260.

III. CONFRATERNITE LAICALI

III/1

Foligno 1503 agosto 7. Pierantonio di Battista de Lunariis di Recanati, podestà a Foligno, poiché vigea la peste e alcuni membri della sua famiglia erano morti, fa testamento lasciando una cospicua somma per la fraternita di S. Maria di Loreto, di recente eretta in Recanati dal minorita fra Guglielmo, già vescovo di Sagona, in Corsica.

Foligno, sez. di Archivio di Stato, fondo Notarile, 17, Taddeo Angelilli (1500-1509), ff. 119r-122v.

Apostolica sede vacante .MCCCCCIII. In nomine Domini amen. Nob. et egr. vir d. Pierantonius qn. d. Baptiste de Lunariis de Racaneto, ad presens potestas civitatis Fulginei, gratia Dei omnipotentis mente, animo, sensu, memoria et intellectu ac corpore bene sanus et in bona et perfecta memoria constitutus ac corporis valitudine, timens periculum humane fragilitatis quod omnibus extat incognitum et a nemine prevederi potest, cum sit quod nuper morbi epidimie contagio familiam suam iam aggressa fuerit et ex ipsa contagione pestis quam plurimi de dicta familia decesserint, et propterea volens de bonis suis disponere hoc presens / (f. 119v) nuncupativum testamentum quod dicitur sine scriptis in hunc modum facere procuravit et fecit.

Imprimis animam suam omnipotenti Deo commendavit et reliquit suum cadaver seppelliri in ecclesia sancti Francisci de Racaneto et si Fulginei decedi contigerit iussit et voluit interim dictum suum cadaver deponi in aliqua ecclesia de Fulgineo, donec deferri poterit ad civitatem Racaneti et ibi, ut supra, seppelliri [...] item reliquit ecclesie sancte Marie da Varano, Racanatensis diocesis, pro fabrica ipsius fl. viginti quinque ad quadraginta bon. pro fl. Item reliquit eccl. S. Francisci de Racaneto fl. viginti quinque monete marchiane ad predictam rationem, pro fabrica volte sacristie dicte ecclesie fiende. Item reliquit fraternitati S. Marie de Racaneto, sub vocabulo sancte Marie de Laureto, fl. quinquaginta de Marchia pro quolibet fl. de quibus emi iussit et voluit aliquod predium stabile sive rusticum sive urbanum pro dicta fraternitate, quod

stabile predictum emendum voluit esse et stare perpetuo dicta fraternitate et quod vendi et alienari non possit modo aliquo, quavis causa vel occasione; et si venderetur aut alienaretur ipsa venditio vel alienatio non valeat ipso iure, et tunc dicto casu venditionis et alienationis, ut supra, dictum predium emendum revertatur penitus et ipso facto ad fraternitatem Sancte Lucie de Racaneto pleno iure dominii et proprietatis ipsius predii; et cum hac conditione, videlicet quod si quandocumque dicta fraternitas Sancte Marie destrueretur et fine alias deficeret voluit et iussit quod dictum predium etiam penitus et ipso facto reveniat, revertatur et applicetur pleno iure dicte fraternitati Sancte Lucie. Item reliquit [...] secundo anno post obitum ipsius testatoris dari et solvi dicte fraternitati Sancte Marie fl. decem et alio tunc sequenti anno fl. decem eccl. Sancti Francisci et alio sequenti tertio anno, post annum mortis ipsius testatoris, alios fl. decem dicte fabrice eccl. S. Marie de Varano. Et sic dictum ordinem successive, de anno in annum subsequentem, servari voluit et iussit in solutione residuorum predictorum legatorum modo et forma predictis, donec et quousque dicta legata omnia et singula fuerint integraliter et penitus satisfacta [...] // (f. 120) Item reliquit iure restitutionis dotis domine Iulie sue legitime uxori fl. sexcentos monete de Marchia [...] fecit prenominatam dominam Iuliam suam uxorem dominam, massariam, usufructuariam, gubernatricem et administratricem omnium et singulorum bonorum ipsius testatoris donec ipsa domina Iulia honesta et casta vixerit et vitam conservaverit viduilem [...] Item reliquit iure institutionis et pro dote et omni meliori modo, iure etc. cuilibet filie femine nasciture ex ipso testatore et eius legitima uxore et ad lucem pervenienti fl. quingentos [...] In omnibus [...] Baptistam et Carolum suos filios legitimos et naturales iam natos, nec non filium masculum sive filios masculos nasciturum, sive nascituros ex eo et eius // (f. 120v) legitima uxore et ad lucem provenientes sive provenientes, suos heredes universales sibi instituit atque fecit [...] substituit sive instituit et heredem fecit (*pro altera dimidia residui bonorum*) fraternitatem sive confratriam sub vocabulo S. Marie de Laureto de Recaneto, noviter erectam sive institutam per fr. Guiglielmum olim episcopum ordinis minorum s. Francisci, nunc viventem, cum onere et gravamine quod de dicta dimidia rata et portione predictorum bonorum dicte fraternitatis vendatur et alienetur tantum quantum satis sit et ascendat ad summam et quantitatem fl. trecentorum monete marchiane [...] de quibus trecentis florenis fieri et construi iussit unam cappellam in dicta civitate Racaneti, pro usu

dicte fraternitatis sive confratrum eiusdem, infra unum annum, computandum a die predictae substitutionis evenientis, salvo tamen et reservato, dicte domine Iulie sue uxoris et pro ea, usufructu omnium et singulorum bonorum predictorum in vita sua tantum et non ultra [...] iubens tamen et mandans dictus testator quod dicta d. Iulia de supradictis florenis trecentis dandis et erogandis pro constructione supradicte cappelle fiende ut supra, prenominata domina Iulia non habeat nec recipiat aliquem usufructum, ut ipsa cappella citius construi et fabricari possit [...] cum hoc honore sive gravamine [...] quod in quocumque casu sive eventu alicuius predictarum substitutionum factarum dicte fraternitatis sancte Marie voluit et iussit et mandavit dictus testator quod dicta fraternitas teneatur et debeat dare, tradere et efficaciter consignare de fructibus predictorum bonorum ipsius testatoris tertiam partem omnium et singulorum fructuum, reddituum et proventuum predictorum bonorum amore Dei sive alias ad pias causas annuatim in perpetuum per manus prenominatorum Marini ser Cruciani et Pierandree alias Pazaglia et hoc secundum consilium per eos habendum ac sequendum a venerabili patre fr. Francisco d. Antonii Iacobi de Fardinis de Ancona ordinis minorum de observantia in presentiarum guardiani dicte ecclesie et conventus S. Marie de Varano, si tunc supererit. Si autem non supererit secundum consilium guardiani dicte ecclesie pro tempore successive existentis [...] quod in quocumque casu sive eventu predictarum substitutionum bonorum et seu in bonis dicti testatoris, videlicet quod bona dicti testatoris in totum vel in partem pervenerint ad dictam fraternitatem Sancte Marie de Laureto, modis seu formis vel temporibus quibus supra respective, quod dicta fraternitas Sancte Marie det et solvat cum effectu dicte ecclesie S. Marie de Varano, <pro> eius fabrica fl. quinquaginta monete [...] infra tres annos computandos a die qua dicta fraternitas acceperit dicta bona dicti testatoris; et ultra predicta, anno quolibet, in perpetuum, computando a dicta captionem bonorum predictorum, ipsa fraternitas predicta det et solvat sive tradat fratribus dicte ecclesie S. Marie de Varano fl. tresdecim, ad rationem predictam pro una petia panni lane berrectini coloris vel quasi, annis singulis in perpetuum, pro usu et vestitu fratrum existentium pro tempore in dictis conventu et ecclesia S. Marie de Varano de dictis fructibus, redditibus et proventibus bonorum dicti testatoris. Et dicti fratres teneantur celebrare quolibet mense in perpetuum missas sancti Gregorii pro eius anima et mortuorum eius. Et casu quo dicta fraternitas S. Marie sive eius confratres predicta [...] non adimpleverint

cum effectu, ut supra, ipsa fraternitas et dicti confratres cadant penitus et ipso facto ab omni et quacumque substitutione bonorum et seu ab omnibus bonis ipsius testatoris et hereditate et predicta bona revertantur penitus et ipso facto ad supradictam fraternitatem S. Lucie de Racaneto cum dictis oneribus [...] item voluit [...] dictus testator quod si ullo numquam tempore oriretur aliquod dubium sive obscuritas de aliquo seu aliquibus punctorum in presenti testamento et voluntate ipsius testatoris, vel aliqua sua parte, quod in quocumque dubio seu obscuritate predictorum stetur omnino et credatur declarationi et dilucidationi desuper fiende per prefatum fratrem Franciscum de Ancona, ibidem presentem et acceptantem [...] actum [...] in civitate Fulginei et in via publica in sotietate spate et in contrata pontis caballi, iuxta menia civitatis Fulginei [...] presentibus fr. Francisco domini Antonii Iacobi de Fardinis de Ancona, fr. Thoma Gasparis de Urbino ordinis minorum [...] ser Iacobo ser Gasparis de Racaneto testibus.

III/2

«sono parimente erette in questo duomo (di Foligno) cinque compagnie [...] ultima in ordine di tempi è la compagnia della SS.ma Madonna di Loreto, istituita nel 1617 mediante la predicazione del p. fr. Bonifacio d'Ascoli cappuccino, confermata et beneficata da mons. Porfirio Feliciani di presente nostro pastore»

L. Iacobilli, *Vite de' santi e beati di Foligno*, Foligno, 1628, p. 103s.

III/3

Capitoli e costituzioni della venerabile compagnia della Madonna di Loreto eretta nella città di Fermo li 21 novembre 1621, riformati con licenza dell'ordinario l'anno MDCCC, Fermo dalla tipografia Bazzi con approvazione.

(*excerpta*)

Capitoli e costituzioni della venerabile compagnia della Madonna SS. di Loreto nella città di Fermo. Prefazione ai fratelli.

Tre principali motivi sono stati quelli che hanno mossa la pietà de' nostri maggiori a formare una confraternita sotto il titolo di devozione e patrocinio della beata Vergine di Loreto: la grandezza della medesima degna di ogni ossequio, sì nostro, come de' prossimi; la memoria del beneficio ricevuto dalla nostra Provincia per aver in essa collocata la sua Santa Casa [...] di cui non vi cosa più preziosa al mondo [...]

Capitolo primo

Del numero e qualità dei fratelli

[...] ordiniamo che non vi sia preciso numero di fratelli [...]

Capitolo II

Modo di ricevere i fratelli

[...] bisogna prima che sia stato ascritto tre mesi avanti fratello di devozione ed abbia a continuare in detti tre mesi tutte le nostre funzioni, cioè oratorio, messa nella quarta domenica di ogni mese, comunioni nelle sette Madonne, a riserba che detti fratelli di divozione non possano votare e debbano pagare per una volta paoli tre. Che dovendosi poi ammettere per fratello stretto trovi li maestri de' novizi e li preghi volerlo introdurre dentro l'oratorio avanti il p. priore che nella pri/ma (p. 6) congregazione ponga la sua domanda. Venuto il tempo di proporlo, si ponga a partito per voti segreti e s'intende accettato per vero fratello quando avrà avuto a suo favore due terzi de' voti.

Approvato che sarà, si noti dal nostro segretario nel libro de' decreti, dando di più ordine al mandatario, che faccia sapere al fratello che la sua accettazione è stata scritta, e che gl'intimi che nella seguente congregazione comparisca per render grazie ai fratelli, e sentire quanto gli sarà ordinato dal priore, il quale gli farà una breve esortazione al miglioramento della vita, alla frequenza e perseveranza negli Esercizii spirituali della compagnia, e che sia sua propria, e che nella mattina si confessi e si comunichi nella nostra Chiesa, e mancando, o non venendo preparato perda il luogo, purché non abbia avuta legittima causa [...] introdotto che sarà si ponga inginocchioni avanti l'altare della BB. Vergine. Dal priore si vesta la prima volta con l'assistenza delli nostro consiglieri, che la veste sia benedetta, e il benedirli sia peso dei nostri cappellani. Dopo vestito il novizio dia la pace al p. priore, ai consiglieri, e poi ad uno ad uno a tutti i fratelli. Terminate queste cerimonie il detto novizio vada, e si presenti al segretario per farsi notare nel libro, e prendere una copia dei presenti capitoli, e dare un paolo al segretario stesso, ed una candela di cera al nostro provveditore non minore di oncie tre, che accesa dovrà servirsene nella sua vestizione / (p. 7).

Capitolo III

Dell'abito dei fratelli

[...] sia dunque la veste di tela di lino semplice di color bianco simbolo dell'immacolata purità di Maria, col cappuccio dell'istessa sorte,

che denota la custodia de' sensi [...] la mozzetta di cambellotto di color turchino significhi il desiderio delli celesti pensieri del paradiso [...] sarà poi la mozzetta orlata intorno da passamano di seta cremisina significando la carità verso Dio e verso il prossimo, nella quale mozzetta sia alla parte del suo cuore l'Impronta della Madonna SS. di Loreto, volendo significare che il Fratello l'ha costituita signora, padrona ed imperatrice del suo cuore, e l'ha dedicato al santo servizio ed onore di essa. Il cingolo poi di color verde solleverà il fratello a concepir viva speranza e confidenza di voler conseguire il riposo del paradiso per intercessione della BB. Vergine nostra signora. Si benedice la veste per dinotare che il fratello, che se ne ha da vestire, si dedica tutto a Dio, che non vuole che vi abbia parte alcuna la vanità del mondo, o la simulazione dell'ipocrisia. Perciò niuno per abbellimento metta nastri o fettucce nell'attaccare l'impronta nella mozzetta, né inamidì la veste.

Capitolo IV

Degli obblighi, ed esercizi spirituali de' fratelli

[...] (p. 8) in tutte le domeniche dell'anno, nelle otto feste principali della BB. Vergine, e vigilie di esse al suono dell'Ave Maria devono i fratelli essere nel nostro oratorio, dove si cantano le Litanie della SS. Vergine e si fanno altri devoti esercitii secondo la forma consueta. Siano tenuti in ogni giorno dire cinque Ave Maria in onore del glorioso, soavissimo nome di Maria, con intenzione di raccomandarsi alla protezione di sì gran Signora, e con desiderio che colla divozione verso la Madre di Dio, ch'è così grande, si amplifichi e si aumenti per tutto il mondo e sia esaltato e magnificato come conviene nel cristianesimo soprattutto che sì gran nome sia nominato con ogni riverenza [...] tutti li fratelli siano tenuti, dando il secondo segno del duomo, convenire in tutte le dette otto feste nella nostra chiesa, compresaci la festa principale del 10 dicembre, e quella della fondazione della nostra Compagnia [...] e comunicarsi tutti unitamente col priore e consiglieri, vestiti tutti colla solita nostra veste [...] nelle vigilie di esse (feste) / (p. 9) osservino il s. digiuno, secondo sarà possibile allo stato loro.

Essendo la disciplina, o il flagello della sferza uno de' freno che reprime la superbia della vita e rende soggetto l'indomito nostro corpo al lume della ragione, ed al comandamento di essa, dovevano li fratelli in passato esercitarsi in questo pio esercizio in tutte le domeniche dell'avvento e della quaresima nella forma solita; in luogo di questa disciplina, acciò tutti godano generalmente ogni bene, si sono sostituiti, finite le

solite orazioni, di recitarsi cinque Pater, Ave e Gloria in onore delle cinque piaghe di Nostro Signore Gesù Cristo.

Nelle sopraddette otto feste della BB. Vergine nel fine della congregazione tutti li fratelli offeriscano qualche elemosina secondo il loro arbitrio in onore della nostra futura festa, la quale elemosina pure servirà o per occorrenti bisogni della compagnia, o per sovvenire a poveri fratelli infermi [...]

Debbono tutti li fratelli vestirsi nelli giorni delle qui sotto notate funzioni. Cioè la vigilia della Traslazione alli 9 dicembre, la sera dopo, cioè alli 10 di dicembre. La sera del lunedì santo per l'esposizione delle 40 ore nel Duomo. La processione della domenica in albis. Il lunedì delle rogazioni. Il giorno del Corpus Domini. La seconda domenica di luglio alla SS. Icona e tutte le processioni che saranno ordinate da mons. arcivescovo, tenendo quel luogo che sarà assegnato dal sullodato superiore [...]

